



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1765**

Titulus XIX. De Mutuis Petitionibus Et Ordine Cognitionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](#)

*De Mutuis Petitionibus.* 261  
parti licuerit Festa Mobilia Paschatis  
& Pentecostes juxta suum Calendari-  
um celebrare 68. ).

## TITULUS XIX. DE MUTUIS PETITIONIBUS ET ORDINE COGNI- TIONUM.

*Conf. Decretal. Lib. II. Tit. 4. 10.*

§. 220.

NON raro contingit, ut Reus in Ju- *Reus pe-*  
dicio comparens, ante directam *test acto-*  
Causæ suæ defensionem, vicissim ali- *rem*  
quid ab Actore petat, vel quæstionem  
contra eum proponat. Unde geminas  
Juris Canonici Rubricas hoc loco con-  
jungimus, & breviter examinamus,  
videlicet de *Mutuis Petitionibus*, & de  
*Ordine Cognitionum.*

§. 221. Mutuæ Petitiones, seu Con- *Reconvél-*  
ventio ex parte Actoris, & Reconven- *nire;*  
tio ex parte Rei, facienda sunt coram

R 3                    eodem

---

68.) Acta Protestantium in hac Causa re-  
fert SCHAUROTH. Tom. I. Conclus.  
Corp. Evangel. V. Calender-Sache. Thea-  
trum Europæum Tom. 15. ad ann. 1700.  
fol. 691. seqq. LUNIG Script. Illustr.  
art. 113.

eodem Judice, etiam Delegato 69.);  
*cujus enim in agendo quis observat arbitri-  
um, eum habere & contra se Judicem in  
eodem negotio non deditur 70.). Un-  
de locum non habet Exceptio incom-  
petentis Judicis; nam qui non cogitur  
in aliquo loco judicium pati; si ipse ibi a-  
gat, cogitur excipere actiones, & ad eun-  
dem Judicem mitti 71.); modo Recon-  
ventionio fiat in ipso litis exordio 72.).  
Quamvis enim hodie prorogatio Ju-  
risdictionis regulariter non permitta-  
tur 73.), nihilominus ut id per Recon-  
ventionem fiat, adeo efficaciter etiam  
in Jure Canonico 74.) ordinatur, ut  
Reus non teneatur ad Actoris libel-  
lum respondere, nisi ipse vicissim pa-  
ratus sit excipere contra libellum Re-  
conventionis. Si vero Judex ipse Re-  
conventionem opportuno tempore  
oppositam vel omnino rejiceret, vel  
dif-*

69.) C. 1. de Mut. Petit. Non tamen co-  
ram Arbitro. C. 6. de Arbitris.

70.) L. 14. C. de Sent. & Interloc. omn.  
Judic. C. 1. III. q. 8.

71.) L. 22. ff. de Judiciis.

72.) Clem. 2. de Verb. Signif.

73.) Supra Tit. VIII. de For. Comp. s.  
99.

74.) C. 3. de Rescript. in 6.

differret, pars gravata gauderet beneficio Appellationis.

§. 222. Non tamen in omnibus Causis admittitur Reconventio. Nam ~~men in~~ cum non habet in Causis Criminalibus ~~omnibus~~ criminaliter intentatis : in causis executionis, quæ paratam habent executionem : in Causa Appellationis : in Causis diversæ qualitatis, uti si una sit liquida, altera illiquida ; si una sit Summaria, altera Ordinaria : si Judex causam Reconvencionis ob suam incapacitatem cognoscere nequeat. Unde Reconventio quoad Causam Spiritualem non habet locum coram Judice Laico. Plurimi tamen tenent, quod Clericus Actor possit reconveniri a Laico Reo coram Judice seculari in Causa temporali & civili : istud potissimum probatur ex praxi Tribunalium, quamvis ex Jure scripto, quod omnem actionem coram Judice Laico contra Clericum damnat, vix defendi possit.

§. 223. Primarius Reconvencionis *Ordo co-effectus est*, ut utraque Causa simul gnoscendi tractetur, & terminetur. Unde op-*plures* portune agitur de *Ordine Cognitionum, causas,* quo nomine intelligitur modus & ordo, servandus a Judice, in examine plurium quæstionum, in eodem judi-

cio circa easdem personas concurren-  
tium.

**Quando Reus** §. 224. Potest Reus quæstionem suam proponere vel per modum *Actionis*, ut ipse fiat Actor, uti fit in Re- nem pro- conventione; vel per modum *Excep-  
tionis*, ita ut solummodo se defendat, modum & maneat Reus. Si Reus quæstionem actionis; suam proponit per modum Actionis, vel etiam si idem Actor proponat duas quæstiones, de illa prius cognosci & pronuntiari debet, a cuius cognitione & decisione dependet altera. Sic quæstio de proprietate rei dependet a quæstione *præparatoria* de Pos- sessione: quæstio de Successione ab intestato, dependet a quæstione *præ-  
judiciale* de legitimis Natalibus. Si neu- tra dependet ab altera, præferenda est major minori, Criminalis Civilis, Cau- sa proprietatis quæstioni de servitute &c. si utraque sit æqualis, simul utra- que cognoscenda & terminanda erit, simultate scilicet morali, ita ut semper præferatur, quæ prius fuit pro- posita. Praxis tamen docet, Recon- ventiones plerumque seponi a Judici- bus, donec prior Causa sit terminata.

**Vel per  
modum**

§. 225. Si Reus proponat quæstio- nem per modum *Exceptionis*, prius co- gni-

gnitio instituenda est de hac exceptione, quam de causa principali. Nam *onis.* Exceptio peremptoria tollit omne jus agendi in Adversario ; Exceptio autem Dilatoria impedit eum ab agendo. Unde prius *pronuntiandum* est de Exceptione Dilatoria : de Peremptoria autem prius est *cognoscendum*; sententia enim quæ fertur de Causa principali , involvit etiam decisionem de Exceptione Peremptoria. Si autem Exceptio versetur circa materiam, ad quam cognoscendam Judex est inhabilis, remitti hæc debet ad forum competens. Illustre talis Exceptionis exemplum reperitur in Jure Canonico 75.), ubi Honorius III. monet Ludovicum VIII. Regem Galliæ , ne aliquid decideret circa successionem Reginæ Cypri in Comitatum Campaniæ, antequam opposita illi Exceptio præjudicialis de illegitimis Natalibus in foro Ecclesiastico fuisset terminata 76.).

R 5

TI-

---

75.) C. 3. de Ord. Cognit.

76.) Historiam hanc refert EMAN. GONZALEZ ad dictum C. 3. Causam hanc adhuc pependisse sub Gregorio IX. constat ex ejus Literis ad Regem Galliarum datis Anno 1223. quarum mentionem